Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



dicat Ubi est refectio mea ubi pascha cū discipulis
meis manducē Et ipse uobis demonstrabit ce
naculū grande stratum: et illic parate nobis
Et abierunt discipuli eius et uenerūt in ciu
tatem: et inuenerunt sicut dixerat illis: et
parauerunt pascha Vespere autē facto: uenit cū
duodecim Et discumbentibus illis et manducan
tibus. ait iesus Amen dico uobis: quia unus
ex uobis tradet me: qui manducat mecum Et
illi cepunt contristari: et dicere ei singulatim:
Nūquid ego Qui ait illis Unus ex duodecim.
qui intingit manū mecū in catino Et filius
quidem hominis uadit: sicut scriptum est de eo
Ve autē hoī illi: p quē filio hominis tradetur Bonū
erat ei: si natus non fuisset homo ille Et man
ducantib illis: accepit iesus panem: et bēdi
cens fregit: et dedit eis et ait sumite: hoc est
corpus meū Et accepto calice: gratias agens dedit
eis Et biberunt ex illo omēs Et ait illis Hic est
sanguis meus noui testamēti: qui pro multis effū
detur Amen dico uobis: quia iam nō bibam de
genimine uitis: usq; in diem illum: cū illud biba
nouū in regno dei Et ymno dicto: exierunt in
monte oliuarū Et dixit illis iesus Omnes scanda
lizabimini in me in nocte ista: quia scriptum est
Percutam pastorē: et dispgentur oues gregis.
Sed postq̄ resurrexero: precedam uos in galy
leam Petrus autē illi Et si omnes scandalizati
fuerint: sed nō ego Et ait illi iesus Amen dico
tibi: quia tu hodie in hac nocte priusq̄ bis gallus
ocē cecinerit: ter me es negatur Ait ille am